

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor bl  
cum fonte primo

Nil durum, nil amarum, nil graue,  
nil letale computat amor uerus.  
Quod ferrum, que uulnera,  
que pena, que mortes amorem  
preualent separare perfectum?  
Amor impenetrabilis est lorica.  
Respuit iacula, gladium excutit,  
periculis insultat, mortem irridet.  
Si amor est, uincit omnia.

Petrus Rauennas in sermone quodam.

Fortem facit uis amoris, quia  
nil durum, nil amarum, nil graue,  
nil letale computat amor uerus.  
Quod ferrum, quae uulnera,  
quae poena, quae mortes amorem  
praeualent separare perfectum?  
Amor impenetrabilis est lorica,  
respuit iacula, gladios excutit,  
periculis insultat, mortem ridet.  
Si amor est, uincit omnia.

Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*,  
40.2 (CCSL 24, A. Olivar ed., p.227,  
ll.22-27).